& S. 4
e. 2
c. 2
t. 1

~~Litt. A. N. 4 lib.~~

Litt. A. N. 16. lib. 2

~~Litt. B. N. 4 lib. 4~~

Es de la Bozeria de este convento de nro p. s. Aug.n de cordova

NOVVM TESTAMENTVM GRAECVM,

CVM vulgata interpretatione Latina Græci contextus lineis inſerta : Quæ quidem interpretatio cùm à Græcarum dictionum proprietate diſcedit, ſenſum, videlicet, magis quàm verba exprimens, in margine libri eſt collocata: atque alia BEN. ARIÆ MONTANI HISPALENSIS operâ è verbo reddita, ac diuerſo characterum genere diſtincta, in eius eſt ſubſtituta locum.

ACCESSERVNT *& huic editioni Libri Græcè ſcripti,* [redacted] *cum interlineari interpretatione Latina ex Bibliis Complutenſibus deprompta.*

Aurelio Allobrogum

Excudebat Petrus de la Rouiere.

CIↃ IↃC IX.

Por commiſſion de los señores Inquiſidores de Sevilla corregi eſta biblia conforme al nuevo indice expurgatorio en 13 dias de otubre de 1613 años.

Fr. gonçalo Cervantes. Mo.



BENEDICTI ARIÆ MONTANI HISPALENSIS, IN NOVI TESTAMENTI GRÆCI LATINAM INTERPRETATIONEM E VERBO EXPRESSAM, AD CHRISTIANVM LECTOREM PRÆFATIO.

VM nihil in nobis ſit, quod Chriſtianæ Reipub. iamdiu non conſecrauerimus; meritò omnem ſtudiorum, actionúmque noſtrarum rationem, ad publicam vtilitatem ſemper referendam eſſe duximus. Cuius quidem rei præter officij noſtri conſçientiam, qua fruimur, Deum etiam ipſum teſtem appellamus: quem nihil omnino, quantumuis mentis humanæ tenebris obuolutum, & in deprauati hominum ingenij latebris deliteſcens, vnquam latere poteſt; & qui, nō ſolùm, eorum quæ aut dicta, aut facta ſunt, verùm etiam eorum quæ in mentem hominibus veniunt, teſtis eſt & iudex. Cùm verò ex ſacroſancta eius doctrina didicerimus, nihil lucis nobis ineſſe quod eius beneficio acceptum referre non debeamus: atque adeò, cùm eius etiam præceptis moneamur, vt qua in re fratribus prodeſſe poſſumus, iiſdem noſtra ope & auxilio nunquam deſimus: vtique elaborādum eſt nobis, vt quod quiſque donum à ſummo illo rerum omnium Opifice acceperit, id & diligenter, & fideliter cum cæteris communicet. Quod quidem in primis nobis ſemper fuit propoſitum. Pro ea enim, ſi qua in nobis eſt, doctrina (quæ quidem quàm ſit exigua ingenuè agnoſcimus) Chriſtianæ Reip. vtilitati, propenſo animo, ac totis, quod aiunt, viribus, noſtris laboribus ſemper conſultum eſſe voluimus. Qua in re non propriæ exiſtimationis & honoris, verùm communis Chriſtianorum vtilitatis rationem habuimus. Atque hac de cauſa non multum laborauimus ad quot & quàm magnos viros noſtri labores peruenturi eſſent, ſed an ex iis aliquod emolumentum Chriſtiani homines percipere poſſent. Hac enim in parte, neque huius neque illius gratię aut dignitati inſeruientes, humilioribus æquè ac potentioribus, & tam iis qui indigent vt nutricum more manſum eis in os inſeratur, quàm iis quibus ſolidior cibus præbendus eſt, nos deuinctos eſſe agnoſcimus, ſiquidem omni hominum

generi abundè à nobis ſatis fieri cupimus. quocunq; enim tẽpore, aut quacunque in re aliquid Chriſtianis vtile à nobis pręſtari poſſe intelligemus, nullis neque laboribus neq; vigiliis vnquam parcemus. Cùm igitur noſtram illam diligentiam (patere, Lector, & concede, vt hoc vocabulo noſtram illam operam nominemus) in veteri Teſtamento ex Hebraica veritate in Latinam linguam conuertendo (quæ interpretatio in illo ſacrorum Bibliorum regio Apparatu conſpicitur) omnium eruditorum ſuffragio probatam eſſe conſpiceremus: doctiſſimorum Theologorum ſententia idem à nobis in Nouo Teſtamento præſtandum eſſe intelleximus, nempè vt omnia ad Græci contextus phraſim expenderentur. Hac enim ratione pariter adiuuari poſſunt ij qui ex Græcis theſauris noua, atque ij qui ex Hebræis vetera proferre parant. Quamuis enim hac tempeſtate multò plures Theologos Græcè quàm Hebraicè doctos in Europa paſſim reperias; attamen nec etiam eorũ exiguus eſt numerus qui neutram linguam tenent: qui cùm videant harum linguarum cognitionem nõ ſine magna difficultate acquiri poſſe; ne earum fructu omnino careant, vtriuſq; idiotiſmis (quos vocant) id eſt, loquendi proprietatibus libentes aſſueſcere, eaſque ſibi familiares reddere percupiunt: vt hoc modo vtriuſque idiomatis vim multò minori negotio conſequantur. Sed vt tandem ad rem veniamus, vulgatam illam Noui Teſtamenti interpretationẽ, qua iam multis ſæculis, & etiamnum vtitur Romana Eccleſia, cæteris quę hodierno die extant, omnibus ſemper anteponẽ dã duximus. Hæc enim ſine dubio, & grauiſſima & tutiſſima omnium eſt. Cùm verò interdum orationis difficultas poſtulabat, vt ab ea recederetur: id ita à nobis eſt præſtitum, vt non eam corrigamus, cęteriſve poſtponamus, ſed potius aliarum adiumento eam explicemus. Idque cùm in veteri Teſtamento faciendũ eſſe duximus, tum verò maximè in nouo, in quo Græca in Latinam linguam maiori cum proprietate, quàm è cęteris linguis, conuerti potuerunt. Nam hęc duo linguarum genera cognatione quadam & affinitate quodammodo inter ſe coniunguntur. Accidit tamen interdum vt Græca phraſis nimiùm à Latini ſermonis proprietate diſcedat. tunc ita ſententiæ rationem habuimus, vt Græca molliori & faciliori locutione, prout res poſtulare videbatur, reddiderimus. Atq; hac de cauſa multò facilius fore putauimus, Vulgatam editionem in nouo Teſtamento ad verbum Græco contextui annectere, quàm eam Hebraico inſerere. Hebraici enim ſermonis proprietatem plurimùm à Latina locutione diſtare palàm eſt: Græci verò non item. Atq; ideo qui in Hebraicis verbum pro verbo Latinè reddere ſtudet, is neceſſe habet magnam copiam idiotiſmorum cõparare. Alioqui Latinis qui Hebraicè neſciunt, Latina obſcuriora dabit, quã ſi iiſdem mera Hebraica offerret. Ea verò quæ ex Græcis de verbo redduntur, quamuis parum aut nihil cum ſoluta oratione Latina habent commune; cum poëtica tamen locutione non ineleganter ſubinde cõueniunt. Cùm igitur nullo maiori ſtudio teneamur, quàm vt ſtudioſorum vtilitati conſulamus, & eorũ ſtudia quantum per nos præſtari poteſt, promoueamus: atque vt doctiſſimis viris, quorum honeſtiſſimo deſiderio non potuimus non ſatisfacere, hac etiam in parte morem geramus: ad exemplum eius laboris quem ſumpſimus in examinanda veteris Teſtamẽti interpretatione à Sante Pagnino conſcripta, in nouo etiam Teſtamento vulgatam editionem in ſtudioſorum gratiam Græco contextui inſeruimus, & Græcam phraſim Latinè ad verbum reddidimus. qui labor eruditis, vt opinor, non ingratus, rudioribus verò nõ ſolùm vtilis, verùm etiam neceſſarius erit. Qui enim ex fontibus vtriuſque linguæ, Hebrææ ſcilicet

cet & Græcæ, tantum haurire cupit quod ei ſatis ſit ad ſacræ Scripturæ libros intelligendos, huc accedat. Poterit enim, ſi ſaltem mediocrem adhibeat diligentiam, intra decem menſes, aut etiam citiùs, vtriuſque ſermonis Græci & Hebraici cognitionem haud exiguam conſequi. His quoque accedit multorum locorum interpretatio, quæ Vulgatæ editioni addita ad ſententiæ explicationem plurimùm confert. Itaque noſtram noui Teſtamenti Latinam interpretationem inter Græci contextus lineas deſcribendam curauimus, vt quælibet dictio Latina ſuæ Græcæ ſubſcriptæ reſponderet. Cùm verò vulgata non à ſententia quidem (id enim nuſquam ferè accidit) ſed à dictionum Græcarum proprietate recedit, ea ſuis characteribus, hoc eſt, Romanis in margine collocata, noſtram interpretationem ad verbum redditam, Italicis characteribus, in illius locum ſubſtituimus; ita vt integram vulgatam reliquerimus, & Græca de verbo expreſſerimus. Præterea vt linguæ Græcæ tironibus adiumento eſſemus, & eos moleſto labore ſubleuaremus, difficiliora themata verborum Græcorum à nobis in margine adnotata ſunt. Cùm verò tanto oneri noſtros humeros impares eſſe cognoſcamus, atque ideò ipſi nobis de noſtra induſtria non tantum polliceamur, quin interdum minùs aptè aut concinnè quàm par fuit aliquid nos enuntiaſſe fateamur: tuum certè erit, Lector, noſtris laboribus ita fauere, vt æquum te iudicem, hac in parte præbeas. neque enim laudem cuius nunquam fuimus cupidi, nobis tribui, ſed veniam concedi poſtulamus: ſi qua in re omnibus non ſatisfecerimus. Neque etiam dubitamus quin hîc quædam fortaſſis occurrant, ex quibus aliquis primo aſpectu offenſionem accipere poſſit: atque ideo aliqua de totius noſtræ interpretationis ratione hoc loco ſubiicere non pigebit, quibus inſtitutum noſtrum aperiemus, & eorum quæ à nobis, hoc potiùs modo quàm illo prolata ſunt, rationem ſimul reddemus. Ac primùm quidem nobis propoſitum non fuit Vulgatam ac veterem editionem corrigere, aut emendare: eam enim, vt ſuprà diximus, cæteris omnibus ſemper præferendam duximus, ſi modò integra illa quidem & incorrupta haberi poſſit: ſed noſtrum fuit inſtitutum Græcam phraſim quàm aptiſſimè exprimere. Præterea hoc quoque, candide Lector, te admonitum volumus, occurrere interdum verba aliqua quæ non ſolùm tempore, ac modo, verùm etiam voce ipſa in noſtra hac interpretatione mutata ſunt. Quod quidem ad alterutrum ex duabus hiſce rationibus, aut ad maiorem, ſcilicet, Veteris editionis explicationem, aut ad ſupplementum ſententiæ in Græca lectione obſeruatæ referri volumus. Sæpè enim accidit, vnius Græci vocabuli vim non poſſe vna altera Latina dictione propriè explicari, ſed duas, aut etiam plures dictiones Latinas ad exprimendam Græcæ illius vocis proprietatem requiri. Id cùm occurrit, Vetus illa editio vnicam vocẽ Latinam adhibet, quæ vnicam illam Græcam reddat: nos verò cùm videamus id non ſatis commodè fieri, neque vnica illa dictione Latina Græcum illud vnicũ vocabulum explicari, aliud apponimus, quod quidem coniunctum cum eo quod habetur ex vulgata in margine, planiorem omnino, ac faciliorem reddit ſenſum. Exempli gratia: Legitur apud Paulum ad Epheſ. 4. 19. ἀπηλγηκότες, quod vetus Interpres vertit, *deſperantes*, idque rectiſſimè: nos verò adiecimus, *dedolentes*: vtrumque enim ſi attentiùs conſideretur, verbi Græci naturam & vim explicat: vt ex doctorum virorum conſcriptis in D. Paulum commentariis, apertiùs cognoſci poterit. Quædam verò Græca verba conſultò reli-

quimus, qualia sunt illa, *Presbyter*, *diaconus*, atque his similia; non quidem quòd ea sint dilucidiora iis quæ leguntur in Veteri editione, sed vt doceamus indoctos, & imperitos calumniatores, huiusmodi voces à sacrosancta Romana Ecclesia, non temerè, vt ipsi volunt, fuisse vsurpatas, nimirum quæ in sacris libris frequentes occurrant. Interdũ etiam quędam mutauimus, non quòd ea meliùs à nobis reddi posse existimaremus, sed vt nobis semper similes essemus in reddendis vbique ad verbum Græcis dictionibus. Ex qua vertendi similitudine & cõstantia, explicatio Lectoribus ex multorum locorum collatione facilior erit. Verbi gratia, licet hæc dictio προσευχὴ *orationem* etiam significet, & ideò vetus Interpres, cui satis est textus Græci sententiam reddere, interdum *preces*, interdum *orationem* reddat: nos, nostri instituti seruandi gratia, vbique *preces* vertimus. Quod quidem obseruauimus etiam in verbis *Auctoritas* & *Potestas*, atque in aliis compluribus. Nonnunquam etiam, vt quædam dilucidiùs distinguerentur & explicarentur, nonnulla mutauimus, quæ alioqui non ita aptè & commodè explicari posse videbantur. Exempli causa, δύναμις Latinè reddi solet *virtus*: nos *efficacitatem* vertimus: non quòd *virtus* significet aliquid distinctum, aut diuersum ab *efficacitate*: sed quia dictio hæc *virtus* Latinè enuntiata, respondet duabus his vocibus Græcis δύναμις & ἀρετὴ, quarum dictionum significationes nihil habent inter se commune, sed earum altera planè quid diuersum ab altera sonat. quoties igitur δύναμιν reperimus, *efficacitatem* vel *efficientiam* vertimus. *Potentia* enim Latinè aliud est. Illud etiam quenquam latere nolumus, nos vt verbi Græci veram & germanam significationem, ac ἐνεργείαν redderemus, coactos interdum fuisse nouis & fictis vocabulis vti (quæ licentia nobis, vt opinor, concedenda est) vt illud ad Philipp. 3.4. πεποίθησιν quod *confisibilitatem* vertimus, id est, arrogantiæ, & confidentiæ materiam, vt discrimen constituerimus inter πεποίθησιν, & confidentiam: hæc enim vitium est, & apud Latinos plerumque in malam partem sumitur, & ab hac Apostolus erat omnino alienus Articulos Græcos Latinis pronominibus aliquando expressimus, nempe cùm aliquid significanter indicant. Atque hac etiam in parte, vt in cæteris quas commemorauimus, veterem Interpretem secutisumus. Is enim, prout res postulare videbatur, eodem modo articulos reddidit, vt 2. Petr. 2.22. τὸ τῆς ἀληθοῦς παροιμίας, habet: *Illud veri prouerbij*. In iis verò locis, in quibus sententia erat alioqui per se clara & euidens, articuli interpretationem omisimus. Illud autem omnibus Græcæ linguæ peritis notum nos etiam constanter asserimus, nempe articulorum vsum vnam ex potissimis, & significantissimis linguæ Græcæ partibus esse: adeò vt Latinus sermo eorum proprietatem non dicam imitari, sed ne vix quidem vllis verbis assequi queat. Ac multò etiam minus illam temporum in coniugationibus verborum, vbertatem, & præsertim illum Participiorum leporem, & admirabilem quandam vim Aoristorum & Futurorum. Facti enim alicuius præteriti Participia propriè reddi nequeunt, nisi cum verborum ambage, & impropria quadam translatione, quæ plerumque Græcam phrasim labefactat. Quod cùm sæpiùs animaduerteret vetus Interpres, ea tempora, si modò id per Latini sermonis rationem licebat, aliis Latinis verbis reddidit: sin minùs, omissis verbis Græcę locutionis, eius sententiam Latinè expressit: ita vt sępius eius interpretatio, non ad verbum, sed sententiam accipienda sit. At verò cùm à nobis id negotij susceptum esset, vt & Latinè, & quàm aptissimè omnia ad

locutionis proprietatem expenderentur, Græca Participia Latinis expressimus, vt hac ratione verbum verbo, & modus modo responderet. Cuius verò temporis illa Participia sint, satis admonuimus, cùm vulgatæ editionis verba, quæ id demonstrant, in margine collocauimus. Pleraque sunt alia, ac penè infinita, quæ ex lingua Græca minùs feliciter in Latinam conuerti possunt, siquidem pondus, ac vis Græcæ dictionis reddenda sit. Quam ob rem quod sacræ Scripturæ studiosis de discenda Hebraica lingua, saltem quod ad intelligendas temporum ac modorum varietates, ac proprietates satis sit, consilium damus; idem in Græcis quoque capiẽdum, admonemus, & studiosos omnes vt id faciant, quantùm possumus, hortamur. Certò enim affirmamus nunquam fore, vt ipsos huius laboris pœniteat. Neque ad eam rem nostros labores inutiles fore credimus. Nec dubitamus quin piis viris, ac veræ disciplinæ cupidis, quorum consilio nos & hortatu tot & tantos in hoc opere labores consumpsimus, nostrum hoc consilium valde probetur. Quod si ea quæ in re tam ardua & difficili præstitimus, longè inferiora sunt iis quę Christianę Reip. exhibere cuperemus; tuum erit, Lector, tuis studiis, & diligentia ea quæ à nobis requiri poterunt, duplici ratione compensare: quarum altera est, vt huius linguæ cognitionem ita tibi compares, vt nostra diligentia amplius non egeas. Altera, vt veterem editionẽ cum Græcis exemplaribus ita cõferas, vt ex vtriusque diligenti & accurata collatione sacræ Scripturæ sensum, & Spiritus sancti, à quo hæc sunt profecta, mẽtem & sententiam tandem assequare. Speramus verò nos, si modò nostris votis annuat Deus, cuius gloriæ & honori tantùm inseruire cupimus, aliquid edituros, quod, hac potissimùm in parte, omnibus studiosis, atque adeò toti Reip. Christianæ plurimum adiumenti afferre poterit: siquidem nihil nobis est antiquius, quàm vt Deo, & Ecclesiæ, in qua nati, & educati sumus, debita pietatis officia, quantum possumus, pręstemus. Ea verò mente nõ sumus, vt nostra hæc Latina interpretatio separata à Greco contextu, in cuius gratiam à nobis elaborata est, ab aliquo vnquam excudatur: cùm hoc à multis grauissimis & doctissimis viris, qui in vertẽdis sacræ Scripturæ libris extremam manum imposuerunt, feliciter pręstitum sit; in quorum laboribus cuiuis acquiescendum esse existimamus. id verò maximè cùm vulgatę editionis vsum, vt suprà diximus, omni hominum generi vtilissimum & commodissimum esse iudicemus. Vale in Christo. Datum Antverpiæ, Cal. Augusti.

S. IESV CHRISTI EVANGELII
LATINA INTERPRETATIO, QVAM
AD GRÆCI IDIOMATIS RATIONEM
EXPENDEBAT BEN. ARIAS
Montanus Hiſpalenſis.

Euangelium ſecundùm Matthæum.

CAPVT PRIMVM.

LIBER generationis Ieſu Chri-
ΙΒΛΟΣ γενέσεως ἰησοῦ χρί- 1
ſti, filij Dauid, filij Abraham.
στοῦ, υἱοῦ δαβὶδ, υἱοῦ ἀβραάμ.
Abraham genuit Iſaac. Iſaac
ἀβραὰμ ἐγέννησε τὸν ἰσαάκ. ἰσαὰκ 2
autem genuit Iacob. Iacob autē
δὲ ἐγέννησε τὸν ἰακώβ. ἰακὼβ δὲ
genuit Iudam & fra-
ἐγέννησε τὸν ἰούδαν καὶ τοὺς ἀδελ-
tres eius. Iudas autem genuit Phares, & Zaram de
φοὺς αὐτοῦ. ἰούδας δὲ ἐγέννησε τὸν φαρὲς, καὶ τὸν ζαρὰ ἐκ τῆς 3
Thamar. Phares autem genuit Eſron. Eſron autem genuit
θαμάρ. φαρὲς δὲ ἐγέννησε τὸν ἑσρώμ. ἑσρὼμ δὲ ἐγέννησε τὸν
Aram. Aram autem genuit Aminadab. Aminadab autem
αἀρὰμ. αἀρὰμ δὲ ἐγέννησε τὸν ἀμιναδάβ. ἀμιναδὰβ δὲ 4
genuit Naaſſon. Naaſſon autem genuit Salmon.
ἐγέννησε τὸν ναασσών. ναασσὼν δὲ ἐγέννησε τὸν σαλμών.
Salmon autem genuit Booz de Rachab. Booz autem ge-
σαλμὼν δὲ ἐγέννησε τὸν βοὲζ ἐκ τῆς ῥαχάβ. βοὲζ δὲ ἐγέν- 5
nuit Obed ex Ruth. Obed autem genuit Ieſſe.
νησε τὸν ὠβὴδ ἐκ τῆς ῥούθ. ὠβὴδ δὲ ἐγέννησε τὸν ἰεσσαί.
Ieſſe autem genuit Dauid regem. Dauid autem rex
ἰεσσαὶ δὲ ἐγέννησε τὸν δαβὶδ τὸν βασιλέα. δαβὶδ δὲ ὁ βασι- 6
genuit Salomonem ex ‖ Vrix. Salomon autē
λεὺς ἐγέννησε τὸν σολομῶντα ἐκ τῆς τοῦ οὐρίου. σολομὼν δὲ 7
genuit Roboam. Roboam autem genuit Abiam. Abia autē
ἐγέννησε τὸν ῥοβοάμ. ῥοβοὰμ δὲ ἐγέννησε τὸν ἀβιά. ἀβιὰ δὲ
genuit Aſa. Aſa autem genuit Ioſaphat. Ioſaphat
ἐγέννησε τὸν ἀσά. ἀσὰ δὲ ἐγέννησε τὸν ἰωσαφάτ. ἰωσαφὰτ 8
autem genuit Ioram. Ioram autem genuit Oziam.
δὲ ἐγέννησε τὸν ἰωράμ. ἰωρὰμ δὲ ἐγέννησε τὸν ὀζίαν.
Ozias autem genuit Ioatham. Ioatham autem genuit
ὀζίας δὲ ἐγέννησε τὸν ἰωάθαμ. ἰωάθαμ δὲ ἐγέννησε τὸν 9
Achaz. Achaz autem genuit Ezeciam. Ezecias autem ge-
ἄχαζ. ἄχαζ δὲ ἐγέννησε τὸν ἐζεκίαν. ἐζεκίας δὲ ἐγέν- 10
nuit Manaſſen. Manaſſes autem genuit Amon. Amon
νησε τὸν μανασσῆ. μανασσῆς δὲ ἐγέννησε τὸν ἀμών. ἀμὼν
autem genuit Ioſiam. Ioſias autem genuit Iechoniam
δὲ ἐγέννησε τὸν ἰωσίαν. ἰωσίας δὲ ἐγέννησε τὸν ἰεχονίαν 11
& fratres eius, in tranſmigratione Babylonis. ‖ *Poſt*
καὶ τοὺς ἀδελφοὺς αὐτοῦ, ἐπὶ τῆς μετοικεσίας βαβυλῶνος. μετὰ 12
autem tranſmigrationem Babylonis, Iechonias genuit Salathiel.
δὲ τὴν μετοικεσίαν βαβυλῶνος, ἰεχονίας ἐγέννησε τὸν σαλαθιήλ.
Salathiel autem genuit Zorobabel. Zorobabel autem ge-
σαλαθιὴλ δὲ ἐγέννησε τὸν ζοροβαβέλ. ζοροβαβὲλ δὲ ἐγέν- 13
nuit Abiud. Abiud autem genuit Eliacim. Eliacim
νησε τὸν ἀβιούδ. ἀβιοὺδ δὲ ἐγέννησε τὸν ἐλιακείμ. ἐλιακεὶμ
autem genuit Azor. Azor autem genuit Sadoc.
δὲ ἐγέννησε τὸν ἀζώρ. ἀζὼρ δὲ ἐγέννησε τὸν σαδώκ. 14
Sadoc autem genuit Achim. Achim autem genuit Eliud.
σαδὼκ δὲ ἐγέννησε τὸν ἀχείμ. ἀχεὶμ δὲ ἐγέννησε τὸν ἐλιούδ.
Eliud autem genuit Eleazar. Eleazar autem genuit
ἐλιοὺδ δὲ ἐγέννησε τὸν ἐλεάζαρ. ἐλεάζαρ δὲ ἐγέννησε τὸν 15
Matthan. Matthan autem genuit Iacob. Iacob autem
ματθάν. ματθὰν δὲ ἐγέννησε τὸν ἰακώβ. ἰακὼβ δὲ 16
genuit Ioſeph virum Mariæ, de qua natus eſt Ieſus,
ἐγέννησε τὸν ἰωσὴφ τὸν ἄνδρα μαρίας, ἐξ ἧς ἐγεννήθη ἰησοῦς,
dictus Chriſtus. Omnes itaque generationes ab Abraham
ὁ λεγόμενος χριστός. πᾶσαι οὖν αἱ γενεαὶ ἀπὸ ἀβραὰμ 17
vſque ad Dauid, generationes quatuordecim: & à Dauid vſque ad tranſ-
ἕως δαβὶδ, γενεαὶ δεκατέσσαρες· καὶ ἀπὸ δαβὶδ ἕως τῆς μετοι-
migrationem Babylonis, generationes quatuordecim: & à tranſmigra-
κεσίας βαβυλῶνος, γενεαὶ δεκατέσσαρες. καὶ ἀπὸ τῆς μετοικε-
tione Babylonis vſque ad Chriſtum, generationes quatuordecim.
σίας βαβυλῶνος ἕως τοῦ χριστοῦ, γενεαὶ δεκατέσσαρες.
‖ *At Ieſu Chriſti* generatio ſic erat: ¶ *Deſponſata enim*
τοῦ δὲ ἰησοῦ χριστοῦ ἡ γέννησις οὕτως ἦν· μνηστευθείσης γὰρ τῆς 18
matre eius Maria Ioſeph, * *ante conuenire ipſos*, in-
μητρὸς αὐτοῦ μαρίας τῷ ἰωσὴφ, πρὶν ἢ συνελθεῖν αὐτοὺς, εὑ-
uenta eſt in vtero habens de Spiritu ſancto. Ioſeph autem vir
ρέθη ἐν γαστρὶ ἔχουσα ἐκ πνεύματος ἁγίου. ἰωσὴφ δὲ ὁ ἀνὴρ 19
eius. ¶ *infans exiſtens, & ‖ non volens eam exemplum facere*, vo-
αὐτῆς, δίκαιος ὢν, καὶ μὴ θέλων αὐτὴν παραδειγματίσαι, ἐβου-

luit occultè dimittere eam. Hæc autem eo cogi-
λήθη λάθρα ἀπολῦσαι αὐτήν. ταῦτα δὲ αὐτοῦ ἐνθυμη- 20
tante, ecce angelus Domini * *per ſomnium* apparuit ei, dicens,
θέντος, ἰδοὺ ἄγγελος κυρίου κατ' ὄναρ ἐφάνη αὐτῷ, λέγων,
Ioſeph fili Dauid, * *ne timeas* accipere Mariam coniu-
ἰωσὴφ υἱὸς δαβὶδ, μὴ φοβηθῇς παραλαβεῖν μαριὰμ τὴν γυναῖ-
gem tuam. ‖ *nam* in ea ¶ *genitum*, de Spiritu eſt ſancto.
κά σου. τὸ γὰρ ἐν αὐτῇ γεννηθὲν, ἐκ πνεύματός ἐστιν ἁγίου.
Pariet autem filium: & vocabis nomen eius, Ieſum. Ipſe
τέξεται δὲ υἱὸν, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ, ἰησοῦν· αὐτὸς 21
enim * *ſaluabit* populum ſuum à peccatis eorum. (Hoc autem
γὰρ σώσει τὸν λαὸν αὐτοῦ ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν αὐτῶν. τοῦτο δὲ 22
totum factum eſt vt adimpleretur ‖ dictum ¶ à Domino per Pro-
ὅλον γέγονεν ἵνα πληρωθῇ τὸ ῥηθὲν ὑπὸ τοῦ κυρίου διὰ τοῦ προ-
phetam, dicentem: Ecce virgo in vtero habebit, & pariet
φήτου, λέγοντος. ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ ἕξει, καὶ τέξε- 23
filium, & vocabunt nomen eius Emmanuel: quod eſt inter-
ται, καὶ καλέσουσι τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐμμανουὴλ, ὅ ἐστι μεθερμη-
pretatum, Nobiſcum Deus.) *Excitatus* autem Ioſeph à
νευόμενον, μεθ' ἡμῶν ὁ θεός. διεγερθεὶς δὲ ὁ ἰωσὴφ ἀπὸ τοῦ 24
ſomno, fecit ſicut præcepit ei angelus Domini: &
ὕπνου, ἐποίησεν ὡς προσέταξεν αὐτῷ ὁ ἄγγελος κυρίου· καὶ
accepit coniugem ſuam. Et non cognoſcebat eam,
παρέλαβε τὴν γυναῖκα αὐτοῦ. καὶ οὐκ ἐγίνωσκεν αὐτὴν, 25
donec peperit filium ſuum primogenitum: & vocauit
ἕως οὗ ἔτεκε τὸν υἱὸν αὐτῆς τὸν πρωτότοκον, καὶ ἐκάλεσε τὸ
nomen eius Ieſum.
ὄνομα αὐτοῦ ἰησοῦν.

CAP. II. β'.

* *At Ieſu natus* in Bethlehem Iudæ, in die-
1 Τοῦ δὲ ἰησοῦ γεννηθέντος ἐν βηθλεὲμ τῆς ἰουδαίας, ἐν ἡμέ-
bus Herodis regis, ecce Magi ab ‖ *Orientibus accesſerunt*
ραις ἡρώδου τοῦ βασιλέως, ἰδοὺ μάγοι ἀπὸ ἀνατολῶν παρεγένοντο
in Hieroſolymam, Dicentes: Vbi eſt ¶ natus * rex
2 εἰς ἱεροσόλυμα, λέγοντες, ποῦ ἐστὶν ὁ τεχθεὶς βασιλεὺς τῶν
Iudæorum? vidimus enim eius ſtellam in Oriente, & veni-
ἰουδαίων; εἴδομεν γὰρ αὐτοῦ τὸν ἀστέρα ἐν τῇ ἀνατολῇ, καὶ ἤλθο-
mus adorare eum. Audiens autem Herodes rex, tur-
3 μεν προσκυνῆσαι αὐτῷ. ἀκούσας δὲ ἡρώδης ὁ βασιλεὺς, ἐτα-
batus eſt, & omnis Hieroſolyma cum illo. Et congregans
ράχθη, καὶ πᾶσα ἱεροσόλυμα μετ' αὐτοῦ. καὶ συναγαγὼν
omnes principes Sacerdotum, & Scribas populi, ſciſcitabatur
πάντας τοὺς ἀρχιερεῖς καὶ γραμματεῖς τοῦ λαοῦ, ἐπυνθάνετο
ab eis vbi Chriſtus naſceretur. At illi dixerunt ei: In Beth-
4 παρ' αὐτῶν ποῦ ὁ χριστὸς γεννᾶται. οἱ δὲ εἶπον αὐτῷ, ἐν βηθ-
lehem Iudæ. ſic enim ſcriptum eſt per Prophetam:
λεὲμ τῆς ἰουδαίας· οὕτω γὰρ γέγραπται διὰ τοῦ προφήτου.
Et tu Bethlehem terra Iuda, nequaquam minima es in * *du-*
6 καὶ σὺ βηθλεὲμ γῆ ἰούδα, οὐδαμῶς ἐλαχίστη εἶ ἐν τοῖς ἡγε-
cibus Iuda: ex te enim exiet dux, qui regat
μόσιν ἰούδα· ἐκ σοῦ γὰρ ἐξελεύσεται ἡγούμενος, ὅς τις ποιμανεῖ
populum meum Iſrael. Tunc Herodes clàm ‖ *vocans*
7 τὸν λαόν μου τὸν ἰσραήλ. τότε ἡρώδης λάθρα καλέσας τοὺς
Magos, perquiſiuit ab eis tempus *apparuitis* ſtellæ ¶.
μάγους, ἠκρίβωσε παρ' αὐτῶν τὸν χρόνον τοῦ φαινομένου ἀστέρος.
Et mittens eos in Bethlehem, dixit: * *Euntes* diligen-
8 καὶ πέμψας αὐτοὺς εἰς βηθλεὲμ, εἶπε, πορευθέντες ἀκρι-
ter *explorate* de puero: ‖ *cùm autem* inueneritis, renuntiate
βῶς ἐξετάσατε περὶ τοῦ παιδίου· ἐπὰν δὲ εὕρητε, ἀπαγγείλατέ
mihi, vt & ego veniens adorem eum. ¶ *Illi autem au-*
μοι, ὅπως κἀγὼ ἐλθὼν προσκυνήσω αὐτῷ. οἱ δὲ ἀκού-
9 *dientes* regem, * *profecti ſunt.* & ecce ſtella quâ viderat in
σαντες τοῦ βασιλέως, ἐπορεύθησαν· καὶ ἰδοὺ ὁ ἀστὴρ ὃν εἶδον ἐν
Oriente, antecedebat eos, vſque dum veniens ſtaret ſuprà vbi erat
τῇ ἀνατολῇ, † προῆγεν αὐτοὺς, ἕως ἐλθὼν ἔστη ἐπάνω οὗ ἦν τὸ
puer. Videntes autem ſtellam, gauiſi ſunt ‖ *gaudium magnum*
παιδίον. ἰδόντες δὲ τὸν ἀστέρα, ἐχάρησαν χαρᾷ μεγάλῃ σφό-
10 valde. Et ¶ *venientes in* domum, inuenerunt puerum
δρα. καὶ ἐλθόντες εἰς τὴν οἰκίαν, εἶδον τὸ παιδίον
11 cum Maria matre eius. Et procidentes adorauerunt eum.
μετὰ μαρίας τῆς μητρὸς αὐτοῦ καὶ † πεσόντες προσεκύνησαν αὐτῷ.
& * *aperientes* *theſauros ſuos*, obtulerunt ei mu-
καὶ ἀνοίξαντες τοὺς θησαυροὺς αὐτῶν, † προσήνεγκαν αὐτῷ δῶ-
nera, aurum, & thus, & myrrham. Et ‖ *reſponſo*
12 ρα, χρυσὸν, καὶ λίβανον, καὶ σμύρναν. καὶ χρηματισθέντες

* in ſomnis

* noli timere

‖ quod enim ¶ natum eſt.

* ſaluum facies

‖ quod ¶ eſt

Exurgens

¶ qui vocatur.

‖ ea quæ fuit

‖ Expoſ.

‖ Chriſti autem ¶ Cùm eſſet deſponſata mater eius Maria

* antequàm conuenirent,

¶ cùm eſſet iuſtus ‖ nollet eam traducere.

* Cùm ergo natus eſſet Ieſus

‖ Oriente venerunt ¶ qui * eſt

* principibus

‖ vocatis Magis, diligenter didicit

¶ quæ apparuit eis

* Ite, & interrogate

‖ &

¶ Qui cùm audiſſent

* abierunt.

† προάγω

‖ Gaudio magno

¶ intrantes

† πίπτω.

† apertis theſauris ſuis,

† προσφέρω

‖ reſponſo accepto

in somnis, ne redirent ‖ reuersi sunt * Qui cùm recessissent
secundùm somnium, non reflectere ad Herodem, per aliam viam ‖ re-
κατ' ὄναρ, μὴ ἀνακάμψαι πρὸς ἡρώδην, δι' ἄλλης ὁδοῦ ἀνε-
cesserunt in regionem suam. * Recessu autem
13 χώρησαν εἰς τὴν χώραν αὐτῶν. ἀναχωρησάντων δὲ
‖ apparuit in somnis
ipsis, ecce angelus Domini ‖ apparet per somnium Ioseph,
αὐτῶν, ἰδοὺ ἄγγελος κυρίου φαίνεται κατ' ὄναρ τῷ ἰωσὴφ,
‖ Surge, & † ἐγείρω
dicens: ‖ Excitatus accipe puerum & matrem eius,
λέγων, † ἐγερθεὶς παράλαβε τὸ παιδίον καὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ,
§ futurum * εἰμὶ
& fuge in Aegyptum: & esto ibi vsq; dum dicam tibi. § Futurus est
καὶ φεῦγε εἰς αἴγυπτον, καὶ * ἴσθι ἐκεῖ ἕως ἂν εἴπω σοί· μέλλει
* vt ‖ quærat
enim * Herodes ‖ quærere puerum ad perdendum eum.
γὰρ ἡρώδης ζητεῖν τὸ παιδίον, τοῦ ἀπολέσαι αὐτό.
‖ Qui consurgens
‖ Is autem excitatus, accepit puerum & matrem eius,
14 ὁ δὲ ἐγερθεὶς παρέλαβε τὸ παιδίον καὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ
nocte, & secessit in Aegyptum. Et erat ibi vsque ad
νυκτὸς, καὶ ἀνεχώρησεν εἰς αἴγυπτον.
15 καὶ ἦν ἐκεῖ ἕως τῆς
§ quod * est
obitum Herodis: vt adimpleretur § dictum * à Domino per
τελευτῆς ἡρώδου· ἵνα πληρωθῇ τὸ ῥηθὲν ὑπὸ τοῦ κυρίου διὰ τοῦ
Prophetam dicentem: Ex Aegypto vocaui filium meum.
προφήτου, λέγοντος, ἐξ αἰγύπτου ἐκάλεσα τὸν υἱόν μου.
Tunc Herodes videns quoniam illusus esset à Magis, iratus est
16 τότε ἡρώδης ἰδὼν ὅτι ἐνεπαίχθη ὑπὸ τῶν μάγων, ἐθυμώθη
‖ erant
valdè: & mittens occidit omnes pueros qui ‖ in Beth-
λίαν, καὶ ἀποστείλας ἀνεῖλε πάντας τοὺς παῖδας τοὺς ἐν βηθ-
lehem, & in omnibus finibus eius, à bimatu & infrà,
λεέμ, καὶ ἐν πᾶσι τοῖς ὁρίοις αὐτῆς, ἀπὸ διετοῦς, καὶ κατωτέρω,
‖ exquisierat
secundum tempus quod ‖ perquisiuit à Magis. Tunc adimpletum est
κατὰ τὸν χρόνον ὃν ἠκρίβωσε παρὰ τῶν μάγων.
17 τότε ἐπληρώθη
§ quod * est
§ dictum * per Ieremiam Prophetam, dicentem: Vox in Ra-
τὸ ῥηθὲν ὑπὸ ἱερεμίου τοῦ προφήτου, λέγοντος·
18 φωνὴ ἐν ῥα-
ma audita est, ploratus, & vlulatus & eiulatus multus, Rachel
μᾷ ἠκούσθη, θρῆνος, καὶ κλαυθμὸς καὶ ὀδυρμὸς πολὺς, ῥαχὴλ
‖ filios
plorans ‖ natos suos, & noluit consolari, quia
κλαίουσα τὰ τέκνα αὐτῆς, καὶ οὐκ ἤθελε παρακληθῆναι, ὅτι
‖ Defuncto
non sunt. ‖ Desinente autem Herode, ecce angelus
οὐκ εἰσί.
19 τελευτήσαντος δὲ τοῦ ἡρώδου, ἰδοὺ ἄγγελος
‖ in somnis apparuit.
Domini § secundùm somnium apparet Ioseph in Aegypto, dicens:
κυρίου κατ' ὄναρ φαίνεται τῷ ἰωσὴφ ἐν αἰγύπτῳ, λέγων·
* Surge, &
* Excitatus accipe puerum, & matrem eius, &
20 ἐγερθεὶς παράλαβε τὸ παιδίον, καὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ, καὶ
‖ defuncti ‖ qui quærebant § Qui consurgens
vade in terram Israël. ‖ mortui sunt enim ‖ quærentes animam
πορεύου εἰς γῆν ἰσραήλ. τεθνήκασι γὰρ οἱ ζητοῦντες τὴν ψυχὴν
pueri. § Ille autem excitatus accepit puerum &
τοῦ παιδίου.
21 ὁ δὲ ἐγερθεὶς παρέλαβε τὸ παιδίον καὶ τὴν
matrem eius, & venit in terram Israel. Audiens autem
μητέρα αὐτοῦ, καὶ ἦλθεν εἰς γῆν ἰσραήλ.
22 ἀκούσας δὲ
quòd Archelaus regnaret in Iudæa pro Herode patre
ὅτι ἀρχέλαος βασιλεύει ἐπὶ τῆς ἰουδαίας ἀντὶ ἡρώδου τοῦ πατρὸς
* Et admonitus in somnis.
suo, timuit illo ire. * Responsus autem secundùm somnium,
αὐτοῦ, ἐφοβήθη ἐκεῖ ἀπελθεῖν. χρηματισθεὶς δὲ κατ' ὄναρ,
§ habitauit
secessit in partes Galilææ. Et veniens § commi-
ἀνεχώρησεν εἰς τὰ μέρη τῆς γαλιλαίας.
23 καὶ ἐλθὼν κατῴ-
‖ ciuitate quæ vocatur ‖ adimpleretur quod * est § Quoniam
grauit in ‖ ciuitatem dictam Nazareth: vt ‖ impleretur dictum *
κησεν εἰς πόλιν λεγομένην ναζαρέτ· ὅπως πληρωθῇ τὸ ῥηθὲν
per Prophetas, § Quòd Nazaræus vocabitur.
διὰ τῶν προφητῶν, ὅτι ναζωραῖος κληθήσεται.

CAP. III. γ'.

* venit
In autem diebus illis * accedit Ioannes Ba-
1 Ἐν δὲ ταῖς ἡμέραις ἐκείναις παραγίνεται ἰωάννης ὁ βα-
ptista prædicans in deserto Iudææ. Et dicens,
πτιστὴς, κηρύσσων ἐν τῇ ἐρήμῳ τῆς ἰουδαίας.
2 καὶ λέγων,
‖ Pœnitentiam agite: appropinquabit ‖ de quo dictum est per Esaiam Prophetam, dicentem: § Parate
‖ Pœnitemini: appropinquauit enim regnum cælorum. Hic enim
μετανοεῖτε· ἤγγικε γὰρ ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν.
3 οὗτος γάρ
est ‖ pronuntiatus ab Esaia Propheta, dicente: Vox clamantis
ἐστιν ὁ ῥηθεὶς ὑπὸ ἡσαΐου τοῦ προφήτου, λέγοντος· φωνὴ βοῶντος
in deserto, § Expedite viam Domini, rectas facite
ἐν τῇ ἐρήμῳ, ἑτοιμάσατε τὴν ὁδὸν κυρίου, εὐθείας ποιεῖτε τὰς
* vestimentum de
semitas eius. Ipse autem Ioannes habebat * indumentum suum è
τρίβους αὐτοῦ.
4 αὐτὸς δὲ ὁ ἰωάννης εἶχε τὸ ἔνδυμα αὐτοῦ ἀπὸ
‖ camelorum, ‖ lumbos suos:
pilis ‖ cameli, & zonam pelliceam circa ‖ lumbum suum:
τριχῶν καμήλου, καὶ ζώνην δερματίνην περὶ τὴν ὀσφὺν αὐτοῦ·
esca autem eius erat locustæ & mel siluestre. Tunc exibat
ἡ δὲ τροφὴ αὐτοῦ ἦν ἀκρίδες καὶ μέλι ἄγριον.
5 τότε ἐξεπο-
ad eum Hierosolyma, & omnis Iudæa, & omnis
ρεύετο πρὸς αὐτὸν ἱεροσόλυμα, καὶ πᾶσα ἡ ἰουδαία, καὶ πᾶσα ἡ
§ regio circa Iordanem.
§ circum vicinia Iordanis. Et baptizabantur in Iordane ab
περίχωρος τοῦ ἰορδάνου.
6 καὶ ἐβαπτίζοντο ἐν τῷ ἰορδάνῃ ὑπ'
eo, confitentes peccata sua. Videns autem multos
αὐτοῦ, ἐξομολογούμενοι τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν.
7 ἰδὼν δὲ πολλοὺς
Pharisæorum & Sadducæorum venientes ad baptismum
τῶν φαρισαίων καὶ σαδδουκαίων ἐρχομένους ἐπὶ τὸ βάπτισμα
* Progenies ὑποδείκνυμι ‖ ventura
suum, dixit eius: * Genimina viperarum, quis demonstrauit vobis
αὐτοῦ, εἶπεν αὐτοῖς, γεννήματα ἐχιδνῶν, τίς † ὑπέδειξεν ὑμῖν
fugere à ‖ futura ira? Facite ergo fructum
φυγεῖν ἀπὸ τῆς μελλούσης ὀργῆς;
8 ποιήσατε οὖν καρπὸν
‖ velitis § intra vos
dignum pœnitentia. Et ne ‖ arbitremini dicere § in vobisipsis:
ἄξιον τῆς μετανοίας.
9 καὶ μὴ δόξητε λέγειν ἐν ἑαυτοῖς,
* potens est
Patrem habemus Abraham. dico enim vobis, quoniam * potest Deus
πατέρα ἔχομεν τὸν ἀβραάμ. λέγω γὰρ ὑμῖν, ὅτι δύναται ὁ θεὸς
‖ filios § enim
de lapidibus istis suscitare ‖ natos Abrahæ. Iam § verò
ἐκ τῶν λίθων τούτων ἐγεῖραι τέκνα τῷ ἀβραάμ.
10 ἤδη δὲ
‖ posita est;
& securis ad radicem arborum ‖ adiacet. Omnis ergo arbor
καὶ ἡ ἀξίνη πρὸς τὴν ῥίζαν τῶν δένδρων κεῖται. πᾶν οὖν δένδρον

‖ quæ non facit § excidetur, * mittetur.
‖ non faciens fructum bonum, § exciditur, & in ignem * iacitur.
μὴ ποιοῦν καρπὸν καλὸν, ἐκκόπτεται, καὶ εἰς πῦρ βάλλεται.
Ego quidem baptizo vos in aqua in pœnitentiam. qui autem post
11 ἐγὼ μὲν βαπτίζω ὑμᾶς ἐν ὕδατι εἰς μετάνοιαν. ὁ δὲ ὀπίσω
‖ venturus est, ‖ dignus
me ‖ veniens, fortior me est: cuius non sum ‖ idoneus
μου ἐρχόμενος, ἰσχυρότερός μου ἐστὶν, οὗ οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς τὰ
calceamenta portare, ipse vos baptizabit in Spiritu
ὑποδήματα βαστάσαι, αὐτὸς ὑμᾶς βαπτίσει ἐν πνεύματι
sancto & igni. Cuius ventilabrum in manu sua, & permun-
ἁγίῳ καὶ πυρί.
12 οὗ τὸ πτύον ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ, καὶ διακα-
dabit aream suam, & congregabit triticum suum in hor-
θαριεῖ τὴν ἅλωνα αὐτοῦ, καὶ συνάξει τὸν σῖτον αὐτοῦ εἰς τὴν ἀπο-
§ paleas autem σβέννυμι
reum: § at paleam comburet igni inextinguibili.
θήκην· τὸ δὲ ἄχυρον κατακαύσει πυρὶ † ἀσβέστῳ.
* venit
Tunc * accedit Iesus à Galilæa in Iordanem
13 τότε παραγίνεται ὁ ἰησοῦς ἀπὸ τῆς γαλιλαίας εἰς τὸν ἰορδάνην
‖ vt baptizaretur ‖ Ioannes autem
ad Ioannem, ‖ baptizari ab eo. ‖ At Ioannes
14 πρὸς τὸν ἰωάννην, τοῦ βαπτισθῆναι ὑπ' αὐτοῦ. ὁ δὲ ἰωάννης
§ Ego à te debeo
prohibebat eum, dicens: § Ego vsum habeo à te baptizari,
διεκώλυεν αὐτὸν, λέγων· ἐγὼ χρείαν ἔχω ὑπὸ σοῦ βαπτισθῆναι,
* ei:
& tu venis ad me? Respondens autem Iesus dixit * ad
15 καὶ σὺ ἔρχῃ πρός με; ἀποκριθεὶς δὲ ὁ ἰησοῦς εἶπε πρὸς
‖ modò: ‖ decet nos
eum, Sine ‖ interim: sic enim ‖ decens est nobis implere omnem
αὐτὸν, ἄφες ἄρτι· οὕτω γὰρ πρέπον ἐστὶν ἡμῖν πληρῶσαι πᾶσαν
§ iustitiam. * dimisit ‖ autem ‖ confestim
§ iustificationem. Tunc * dimittit eum. Et baptizatus ‖ Iesus,
16 δικαιοσύνην. τότε ἀφίησιν αὐτόν. καὶ βαπτισθεὶς ὁ ἰησοῦς,
ascendit ‖ statim de aqua: Et ecce aperti sunt ei cæli,
ἀνέβη εὐθὺς ἀπὸ τοῦ ὕδατος, καὶ ἰδοὺ ἀνεῴχθησαν αὐτῷ οἱ οὐρανοὶ,
& vidit spiritum Dei descendentem sicut columbam, & ve-
καὶ εἶδε τὸ πνεῦμα τοῦ θεοῦ καταβαῖνον ὡσεὶ περιστερὰν, καὶ ἐρ-
§ se.
nientem super § eum. Et ecce vox de cælis, dicens:
χόμενον ἐπ' αὐτόν.
17 καὶ ἰδοὺ φωνὴ ἐκ τῶν οὐρανῶν, λέγουσα·
* mihi
Hic est Filius meus dilectus, in quo * complacui.
οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, ἐν ᾧ εὐδόκησα.

CAP. IV. δ'.

‖ ductus est
Tunc Iesus ‖ actus est in desertum à Spiritu,
1 Τότε ὁ ἰησοῦς ἀνήχθη εἰς τὴν ἔρημον ὑπὸ τοῦ πνεύματος,
‖ vt tentaretur § cùm ieiunasset quadraginta diebus
‖ tentari à diabolo. Et § ieiunans dies quadra-
2 πειρασθῆναι ὑπὸ τοῦ διαβόλου. καὶ νηστεύσας ἡμέρας τεσσα-
* quadraginta noctibus, postea
ginta, & * noctes quadraginta, postremum esuriit.
ράκοντα, καὶ νύκτας τεσσαράκοντα, ὕστερον ἐπείνασε.
‖ ei:
Et accedens ei tentator, dixit ‖: Si filius es Dei,
3 καὶ προσελθὼν αὐτῷ ὁ πειράζων, εἶπεν, εἰ υἱὸς εἶ τοῦ θεοῦ,
‖ Qui
dic vt lapides isti panes fiant. ‖ Ille autem respondens,
4 εἰπὲ ἵνα οἱ λίθοι οὗτοι ἄρτοι γένωνται. ὁ δὲ ἀποκριθεὶς,
dixit: Scriptum est, Non in pane solo viuet homo,
εἶπε· γέγραπται, οὐκ ἐπ' ἄρτῳ μόνῳ ζήσεται ἄνθρωπος,
§ quod procedit de ore
sed in omni verbo § exeunte per os Dei.
ἀλλ' ἐπὶ παντὶ ῥήματι ἐκπορευομένῳ διὰ στόματος θεοῦ.
* assumpsit
Tunc * assumit eum diabolus in sanctam ciuitatē, &
5 τότε παραλαμβάνει αὐτὸν ὁ διάβολος εἰς τὴν ἁγίαν πόλιν, καὶ
statuit eum super pinnaculum templi: Et dicit ei: Si filius
6 ἵστησιν αὐτὸν ἐπὶ τὸ πτερύγιον τοῦ ἱεροῦ. καὶ λέγει αὐτῷ, εἰ υἱὸς
‖ mittere
es Dei, ‖ deiice teipsum deorsum. Scriptum est enim, Quia angelis
εἶ τοῦ θεοῦ, βάλε σεαυτὸν κάτω. γέγραπται γὰρ, ὅτι τοῖς ἀγγέλοις
suis mandabit de te, & in manibus tollent te, ne fortè
αὐτοῦ ἐντελεῖται περὶ σοῦ, καὶ ἐπὶ χειρῶν ἀροῦσί σε, μήποτε
‖ offendas
‖ impingas ad lapidem pedem tuum. Ait illi Iesus:
7 προσκόψῃς πρὸς λίθον τὸν πόδα σου. ἔφη αὐτῷ ὁ ἰησοῦς,
Rursum scriptum est: Non tentabis Dominum Deum tuum.
πάλιν γέγραπται. οὐκ ἐκπειράσεις κύριον τὸν θεόν σου.
§ assumpsit
Iterum § assumit eum diabolus in montem excelsum
8 πάλιν παραλαμβάνει αὐτὸν ὁ διάβολος εἰς ὄρος ὑψηλὸν
valdè; & ostendit ei omnia regna mundi, &
λίαν, καὶ δείκνυσιν αὐτῷ πάσας τὰς βασιλείας τοῦ κόσμου, καὶ
* dixit
gloriam eorum: & * dicit ei: Hæc omnia tibi dabo,
9 τὴν δόξαν αὐτῶν· καὶ λέγει αὐτῷ. ταῦτα πάντα σοι δώσω,
si cadens adoraueris me. Tunc dicit ei Iesus:
10 ἐὰν πεσὼν προσκυνήσῃς μοι. τότε λέγει αὐτῷ ὁ ἰησοῦς,
‖ Vade
‖ Abi post me Satana. scriptum est enim, Dominum Deum tuum
ὕπαγε ὀπίσω μου σατανᾶ. γέγραπται γὰρ, κύριον τὸν θεόν σου
‖ reliquit
adorabis, & illi soli seruies. Tunc ‖ dimittit
11 προσκυνήσεις, καὶ αὐτῷ μόνῳ λατρεύσεις. τότε ἀφίησιν
eum diabolus. & ecce angeli accesserunt, & ministrabant ei.
αὐτὸν ὁ διάβολος. καὶ ἰδοὺ ἄγγελοι προσῆλθον, καὶ διηκόνουν αὐτῷ.
§ Cùm audisset παραδίδωμι
§ Audiens autem Iesus quòd Ioannes traditus esset, secessit in
12 ἀκούσας δὲ ὁ ἰησοῦς ὅτι ἰωάννης † παρεδόθη, ἀνεχώρησεν εἰς
* relicta ciuitate Nazareth, veniens & habitauit
Galilæam: Et * relinquens Nazareth, veniens commigra-
13 τὴν γαλιλαίαν· καὶ καταλιπὼν τὴν ναζαρὲτ, ἐλθὼν κατῴκη-
uit in Capharnaum maritimam, in finibus Zabulon &
σεν εἰς καπερναοὺμ τὴν παραθαλασσίαν, ἐν ὁρίοις ζαβουλὼν καὶ
‖ quod dictum est
Nephthalim: Vt adimpleretur ‖ pronuntiatum per Esaiam Prophetam,
14 νεφθαλείμ· ἵνα πληρωθῇ τὸ ῥηθὲν διὰ ἡσαΐου τοῦ προφήτου,
dicentem: Terra Zabulon & terra Nephthali, viam maris.
15 λέγοντος. γῆ ζαβουλὼν καὶ γῆ νεφθαλείμ, ὁδὸν θαλάσσης,
‖ trans § qui sedebat
‖ vltra Iordanem Galilæa gentium Populus § sedens
16 πέραν τοῦ ἰορδάνου, γαλιλαία τῶν ἐθνῶν. ὁ λαὸς ὁ καθήμενος
* vmbræ
in tenebris, vidit lucem magnam: & sedentibus in regione * &
ἐν σκότει, εἶδε φῶς μέγα· καὶ τοῖς καθημένοις ἐν χώρᾳ καὶ
‖ indè
vmbra mortis, lux orta est eis. Ex ‖ tunc cœpit
σκιᾷ θανάτου, φῶς ἀνέτειλεν αὐτοῖς.
17 ἀπὸ τότε ἤρξατο ὁ
‖ pœnitentiam agite: appropinquabit
Iesus prædicare, & dicere: ‖ Pœnitemini: appropinquauit enim regnum
ἰησοῦς κηρύσσειν, καὶ λέγειν, μετανοεῖτε· ἤγγικε γὰρ ἡ βασιλεία
τῶν οὐρα-

cælorum, Circumambulans autem Iesus iuxta mare
τῶν οὐρανῶν. Περιπατῶν δὲ ὁ Ἰησοῦς παρὰ τὴν θάλασσαν τῆς 18
* qui vocatur Petrus.
Galilææ, vidit duos fratres, Simonem * dictum Petrum,
Γαλιλαίας, εἶδε δύο ἀδελφούς, Σίμωνα τὸν λεγόμενον Πέτρον,
‖ rete
& Andream fratrem eius, mittentes ‖ verriculum in
καὶ Ἀνδρέαν τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, βάλλοντας ἀμφίβληστρον εἰς τὴν
mare:(erant enim piscatores.) Et ait illis: Venite post
θάλασσαν· ἦσαν γὰρ ἁλιεῖς. Καὶ λέγει αὐτοῖς, Δεῦτε ὀπίσω 19
⁋ fieri § At
* relictis retibus
me, & faciam vos ⁋ piscatores hominum. § Illi autē continuò * dimit-
μου, καὶ ποιήσω ὑμᾶς ἁλιεῖς ἀνθρώπων. Οἱ δὲ εὐθέως ἀφέν- 20
tentes retia, secuti sunt eum. Et procedens indè,
τες τὰ δίκτυα, ἠκολούθησαν αὐτῷ. Καὶ προβὰς ἐκεῖθεν, 21
vidit alios duos fratres, Iacobum Zebedæi, & Ioannem
εἶδεν ἄλλους δύο ἀδελφούς, Ἰάκωβον τὸν τοῦ Ζεβεδαίου, καὶ Ἰωάννην
fratrem eius in naui cum Zebedæo patre eorum,
τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ ἐν τῷ πλοίῳ μετὰ Ζεβεδαίου τοῦ πατρὸς αὐτῶν,
‖ reficientes
‖ resarcientes retia sua: & vocauit eos.
καταρτίζοντας τὰ δίκτυα αὐτῶν· καὶ ἐκάλεσεν αὐτούς.
⁋ relictis retibus & patre,
Illi autem statim ⁋ dimittentes nauiculam & patrem suum, se-
οἱ δὲ εὐθέως ἀφέντες τὸ πλοῖον καὶ τὸν πατέρα αὐτῶν, ἠκο- 22
cuti sunt eum. Et circuibat totam Galilæam Iesus,
περιάγω
λούθησαν αὐτῷ. Καὶ †περιῆγεν ὅλην τὴν Γαλιλαίαν ὁ Ἰησοῦς, 23
docens in synagogis eorum, & prædicans Euan-
διδάσκων ἐν ταῖς συναγωγαῖς αὐτῶν, καὶ κηρύσσων τὸ εὐαγ-
§ languorem,
gelium regni: & sanans omnem § morbum & omnem
γέλιον τῆς βασιλείας, καὶ θεραπεύων πᾶσαν νόσον, καὶ πᾶσαν
* opinio.
infirmitatem in populo. Et abiit * auditio eius in totam
μαλακίαν ἐν τῷ λαῷ. Καὶ ἀπῆλθεν ἡ ἀκοὴ αὐτοῦ εἰς ὅλην 24
Syriam. & obtulerunt ei omnes malè haben-
τὴν Συρίαν. καὶ προσήνεγκαν αὐτῷ πάντας τοὺς κακῶς ἔχον-
‖ languoribus & tormentis comprehensos, & qui dæmonia habebant,
tes, variis ‖ morbis, & torminibus comprehensos, & dæmo-
τας, ποικίλαις νόσοις, καὶ βασάνοις συνεχομένους, καὶ δαιμο-
niacos, & lunaticos, & paralyticos: & cura-
νιζομένους, καὶ σεληνιαζομένους, καὶ παραλυτικούς· καὶ ἐθερά-
uit eos. Et secutæ sunt eum turbæ multæ ⁋ de
πευσεν αὐτούς. Καὶ ἠκολούθησαν αὐτῷ ὄχλοι πολλοὶ ἀπὸ τῆς 25
⁋ de
Galilæa, & Decapoli, & ⁋ Hierosolymis, & ⁋ Iudæa,
Γαλιλαίας, καὶ Δεκαπόλεως, καὶ Ἱεροσολύμων, καὶ Ἰουδαίας,
& ⁋ trans Iordanem.
καὶ πέραν τοῦ Ἰορδάνου.

CAP. V. ε.

§ cùm sedisset, accesserunt ad eum
Videns autem turbas, ascendit in montem: & § sedente
Ἰδὼν δὲ τοὺς ὄχλους, ἀνέβη εἰς τὸ ὄρος· καὶ καθίσαντος 1
eo, aduenerunt illi discipuli eius. Et aperiens
αὐτοῦ, προσῆλθον αὐτῷ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ. Καὶ ἀνοίξας τὸ 2
os suum, docebat eos, dicens: Beati pauperes
στόμα αὐτοῦ, ἐδίδασκεν αὐτούς, λέγων· Μακάριοι οἱ πτωχοὶ 3
spiritu, quoniā ipsorum est regnum cælorum.
τῷ πνεύματι, ὅτι αὐτῶν ἐστιν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν.
* qui lugent,
Beati * lugentes, quia ipsi consolabuntur.
παρακαλέομαι
Μακάριοι οἱ πενθοῦντες, ὅτι αὐτοὶ †παρακληθήσονται. 4
Beati mites, quoniam ipsi ‖ hæreditabunt terram.
‖ possidebunt
Μακάριοι οἱ πραεῖς, ὅτι αὐτοὶ κληρονομήσουσι τὴν γῆν. 5
⁋ qui esuriunt & sitiunt
Beati ⁋ esurientes & sitientes iustitiam, quoniam
Μακάριοι οἱ πεινῶντες καὶ διψῶντες τὴν δικαιοσύνην, ὅτι 6
ipsi saturabuntur. Beati misericordes, quoniam ipsi
αὐτοὶ χορτασθήσονται. Μακάριοι οἱ ἐλεήμονες, ὅτι αὐτοὶ 7
§ misericordiam consequentur.
§ misericordia afficientur. Beati mundi corde, quoniam ipsi
ἐλεηθήσονται. Μακάριοι οἱ καθαροὶ τῇ καρδίᾳ, ὅτι αὐτοὶ τὸν 8
Deum videbunt. Beati pacifici, quoniam ipsi filij Dei
Θεὸν ὄψονται. Μακάριοι οἱ εἰρηνοποιοί, ὅτι αὐτοὶ υἱοὶ Θεοῦ 9
* qui persecutionem patiuntur.
vocabuntur. Beati * persecutione affecti propter iustitiam,
διώκομαι
κληθήσονται. Μακάριοι οἱ †δεδιωγμένοι ἕνεκεν δικαιοσύνης, 10
quoniā ipsorū est regnum cælorum. Beati estis, cùm
ὅτι αὐτῶν ἐστιν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν. Μακάριοί ἐστε, ὅταν 11
‖ vobis, ⁋ vos,
maledixerint ‖ vos, & persecuti fuerint ⁋, & dixerint omne malum verbum
ὀνειδίσωσιν ὑμᾶς, καὶ διώξωσι, καὶ εἴπωσι πᾶν πονηρὸν ῥῆμα
aduersum vos mentientes, propter me. Gaudete & exultate,
καθ' ὑμῶν †ψευδόμενοι, ἕνεκεν ἐμοῦ. Χαίρετε καὶ ἀγαλλιᾶσθε, 12
§ copiosa est
quoniam merces vestra § multa in cælis. sic enim persecuti sunt
ὅτι ὁ μισθὸς ὑμῶν πολὺς ἐν τοῖς οὐρανοῖς. οὕτω γὰρ ἐδίωξαν τοὺς
* qui fuerunt
‖ quòd si sal euanuerit,
Prophetas * illos ante vos. Vos estis sal terræ. ‖ si
προφήτας τοὺς πρὸ ὑμῶν. Ὑμεῖς ἐστε τὸ ἅλας τῆς γῆς. ἐὰν 13
autem sal infatuatum sit, in quo salietur? ad nihilum valet vltrà,
μωραίνομαι
δὲ τὸ ἅλας †μωρανθῇ, ἐν τίνι ἁλισθήσεται; εἰς οὐδὲν ἰσχύει ἔτι,
⁋ nisi vt mittatur foras, & conculcetur.
⁋ si non eiici foras, & conculcari ab hominibus.
εἰ μὴ βληθῆναι ἔξω, καὶ καταπατεῖσθαι ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων.
Vos estis lux mundi: non potest ciuitas abscondi
Ὑμεῖς ἐστε τὸ φῶς τοῦ κόσμου. οὐ δύναται πόλις κρυβῆναι 14
supra montem posita. Neque accendunt lucernam, & ponunt eam
ἐπάνω ὄρους κειμένη. Οὐδὲ καίουσι λύχνον, καὶ τιθέασιν αὐτὸν 15
§ vt luceat
* qui sunt
sub modio, sed super candelabrum, § & lucet omnibus * in
ὑπὸ τὸν μόδιον, ἀλλ' ἐπὶ τὴν λυχνίαν, καὶ λάμπει πᾶσι τοῖς ἐν
domo. Sic luceat lux vestra coram ho-
λάμπω
τῇ οἰκίᾳ. Οὕτω †λαμψάτω τὸ φῶς ὑμῶν ἔμπροσθεν τῶν ἀν- 16
‖ bona
minibus, vt videant vestra ‖ pulchra opera, & glorificent
θρώπων, ὅπως ἴδωσιν ὑμῶν τὰ καλὰ ἔργα, καὶ δοξάσωσι τὸν
⁋ est. Nolite putare.
Patrem vestrum qui in cælis ⁋. Ne putetis quoniam veni
πατέρα ὑμῶν τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Μὴ νομίσητε ὅτι ἦλθον 17
§ soluere
§ dissoluere Legem aut Prophetas: non veni dissoluere,
καταλῦσαι τὸν νόμον ἢ τοὺς προφήτας· οὐκ ἦλθον καταλῦσαι,
‖ transeat
sed adimplere. Amen quippe dico vobis, Donec ‖ prætereat
ἀλλὰ πληρῶσαι. Ἀμὴν γὰρ λέγω ὑμῖν, ἕως ἂν παρέλθῃ 18

cælum, & terra, iota vnum, aut vnus apex non præteribit
ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ, ἰῶτα ἕν, ἢ μία κεραία οὐ μὴ παρέλθῃ
à Lege, donec omnia fiant. Qui ergo soluerit vnum
19 ἀπὸ τοῦ νόμου, ἕως ἂν πάντα γένηται. Ὃς ἐὰν οὖν †λύσῃ μίαν
λύω
⁋ mandatorum istorum minimorum, & docuerit sic homi-
⁋ de mādatis istis minimis,
τῶν ἐντολῶν τούτων τῶν ἐλαχίστων, καὶ διδάξῃ οὕτω τοὺς ἀνθρώ-
nes, minimus vocabitur in regno cælorum. qui
πους, ἐλάχιστος κληθήσεται ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν. ὃς
autem fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur in regno
δ' ἂν ποιήσῃ καὶ διδάξῃ, οὗτος μέγας κληθήσεται ἐν τῇ βασιλείᾳ
cælorum. Dico enim vobis, § quòd si non abundauerit iu-
§ quia nisi
20 τῶν οὐρανῶν. Λέγω γὰρ ὑμῖν, ὅτι ἐὰν μὴ περισσεύσῃ ἡ δι-
stitia vestra plus * Scribarum & Pharisæorum, non
* quàm
καιοσύνη ὑμῶν πλεῖον τῶν γραμματέων καὶ Φαρισαίων, οὐ μὴ
intrabitis in regnum cælorum. Audistis quia ‖ pronuntiatū est
‖ dictum
21 εἰσέλθητε εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. Ἠκούσατε ὅτι ἐρρέθη
antiquis, Non occides. qui autem occiderit, * obnoxius erit
* reus
τοῖς ἀρχαίοις, Οὐ φονεύσεις· ὃς δ' ἂν φονεύσῃ, ἔνοχος ἔσται
iudicio. Ego autem dico vobis, quia omnis § irascens
§ qui irascitur
22 τῇ κρίσει. Ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν, ὅτι πᾶς ὁ ὀργιζόμενος τῷ
fratri suo inconsulto, * obnoxius erit iudicio. qui autem dixerit
* reus
ἀδελφῷ αὐτοῦ εἰκῆ, ἔνοχος ἔσται τῇ κρίσει· ὃς δ' ἂν εἴπῃ τῷ
fratri suo Raca, ‖ obnoxius erit ⁋ consessui. qui autem dixerit
‖ reus
⁋ concilio.
§ reus
* gehennæ
ἀδελφῷ αὐτοῦ ῥακά, ἔνοχος ἔσται τῷ συνεδρίῳ· ὃς δ' ἂν εἴπῃ
Fatue, § obnoxius erit * in gehennam ignis. Si ergo of-
23 μωρέ, ἔνοχος ἔσται εἰς τὴν γέενναν τοῦ πυρός. Ἐὰν οὖν προσ-
fers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quia
φέρῃς τὸ δῶρόν σου ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον, κἀκεῖ μνησθῇς ὅτι ὁ
frater tuus habet aliquid aduersum te: Relinque ibi munus tuum
24 ἀδελφός σου ἔχει τι κατὰ σοῦ, ἄφες ἐκεῖ τὸ δῶρόν σου
ante altare, & vade priùs reconciliare
ἔμπροσθεν τοῦ θυσιαστηρίου, καὶ ὕπαγε πρῶτον διαλλάγηθι τῷ
fratri tuo, & tunc veniens ‖ offer munus tuum.
‖ offeres
ἀδελφῷ σου, καὶ τότε ἐλθὼν πρόσφερε τὸ δῶρόν σου.
Esto ⁋ benesentiens aduersario tuo citò, dum es in via
⁋ consentiens
25 Ἴσθι εὐνοῶν τῷ ἀντιδίκῳ σου ταχύ, ἕως ὅτου εἶ ἐν τῇ ὁδῷ
cum eo: ne fortè te tradat aduersarius iudici, &
μετ' αὐτοῦ, μήποτέ σε παραδῷ ὁ ἀντίδικος τῷ κριτῇ, καὶ ὁ
iudex te tradat ministro, & in § custodiam coniiciaris.
§ carcerem mittaris.
κριτής σε παραδῷ τῷ ὑπηρέτῃ, καὶ εἰς φυλακὴν βληθήσῃ.
Amen dico tibi, non exies indè, donec reddas
26 ἀμὴν λέγω σοι, οὐ μὴ ἐξέλθῃς ἐκεῖθεν, ἕως ἂν ἀποδῷς τὸν
nouissimum quadrantem. Audistis quia * pronuntiatū est antiquis,
* dictum
27 ἔσχατον κοδράντην. Ἠκούσατε ὅτι ἐρρέθη τοῖς ἀρχαίοις,
Non mœchaberis. Ego autem dico vobis, quia omnis ‖ conspiciens mulie-
‖ qui viderit
28 Οὐ μοιχεύσεις. Ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν, ὅτι πᾶς ὁ βλέπων γυναῖ-
rem ad concupiscendum eam, iam mœchatus est eam in
κα πρὸς τὸ ἐπιθυμῆσαι αὐτῆς, ἤδη ἐμοίχευσεν αὐτὴν ἐν
corde suo. ⁋ Si autem oculus tuus dexter scanda-
⁋ Quòd si
29 τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ. Εἰ δὲ ὁ ὀφθαλμός σου ὁ δεξιὸς σκανδα-
lizat te, erue eum, & proiice abs te. § confert enim tibi vt
§ expedit
λίζει σε, ἔξελε αὐτόν, καὶ βάλε ἀπὸ σοῦ· συμφέρει γάρ σοι ἵνα
pereat vnum membrorū tuorum, * & non totum corpus tuum ‖ coniiciatur
* quàm
‖ mittatur
ἀπόληται ἓν τῶν μελῶν σου, καὶ μὴ ὅλον τὸ σῶμά σου †βληθῇ
βάλλω
in gehennam. Et si dextera tua manus scandalizat te, ab-
30 εἰς γέενναν. Καὶ εἰ ἡ δεξιά σου χεὶρ σκανδαλίζει σε, ἔκ-
scinde eam, & proiice abs te: ⁋ confert enim tibi vt pereat
⁋ expedit
κοψον αὐτήν, καὶ βάλε ἀπὸ σοῦ· συμφέρει γάρ σοι ἵνα ἀπόληται
vnū mēbrorū tuorū, § & non totum corpus tuum * coniiciatur in gehennam.
§ quàm * eat
ἓν τῶν μελῶν σου, καὶ μὴ ὅλον τὸ σῶμά σου βληθῇ εἰς γέενναν.
‖ Pronuntiatū est autē, quòd quicunque ⁋ absoluerit vxorem suam, det
‖ Dictum
⁋ dimiserit
31 Ἐρρέθη δὲ ὅτι ὃς ἂν ἀπολύσῃ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, δότω
§ libellū repudij.
ei § repudium. Ego autem dico vobis, quia * quicunque absoluerit
* omnis qui dimiserit
32 αὐτῇ ἀποστάσιον. Ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν, ὅτι ὃς ἂν ἀπολύσῃ
vxorem suam, excepta ‖ ratione fornicationis, facit eam mœ-
‖ caussa
τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, παρεκτὸς λόγου πορνείας, ποιεῖ αὐτὴν μοι-
chari: & qui ⁋ absolutam duxerit, adulterat.
⁋ dimissam
χᾶσθαι· καὶ ὃς ἐὰν ἀπολελυμένην γαμήσῃ, μοιχᾶται.
Iterum audistis quia § pronuntiatum est antiquis: Non periurabis:
§ dictum
33 Πάλιν ἠκούσατε, ὅτι ἐρρέθη τοῖς ἀρχαίοις· Οὐκ ἐπιορκήσεις·
reddes autem Domino iuramenta tua. Ego autem dico vobis,
34 ἀποδώσεις δὲ τῷ Κυρίῳ τοὺς ὅρκους σου. Ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν,
non iurare omninò, neque * in cælo, quia thronus est Dei:
* per cælum,
μὴ ὀμόσαι ὅλως· μήτε ἐν τῷ οὐρανῷ, ὅτι θρόνος ἐστὶ τοῦ Θεοῦ·
Neque ‖ in terra, quia scabellum est pedum eius: neque
‖ per terram,
35 μήτε ἐν τῇ γῇ, ὅτι ὑποπόδιόν ἐστι τῶν ποδῶν αὐτοῦ· μήτε
⁋ in Hierosolyma, quia ciuitas est magni regis:
⁋ per Hierosolymam
εἰς Ἱεροσόλυμα, ὅτι πόλις ἐστὶ τοῦ μεγάλου βασιλέως·
Neque § in capite tuo iuraueris, quia non potes vnum
§ per caput tuum
36 μήτε ἐν τῇ κεφαλῇ σου ὀμόσῃς, ὅτι οὐ δύνασαι μίαν
capillum album aut nigrum facere. Sit autem sermo vester,
34 τρίχα λευκὴν ἢ †μέλαιναν ποιῆσαι. Ἔστω δὲ ὁ λόγος ὑμῶν,
μέλας
* Etiā, etiam, non, non: quod autē ‖ abundans his, à malo est.
* Est, est,
‖ his abundantius est,
ναί, ναί, οὒ οὔ· τὸ δὲ περισσὸν τούτων, ἐκ τοῦ πονηροῦ ἐστιν.
Audistis quia ⁋ pronuntiatū est, Oculum pro oculo, & den-
⁋ dictum
38 †Ἠκούσατε ὅτι ἐρρέθη, Ὀφθαλμὸν ἀντὶ ὀφθαλμοῦ, καὶ ὀδόν-
ἀκούω
tem pro dente. Ego autem dico vobis, non § subsistere
§ resistere
39 τα ἀντὶ ὀδόντος. Ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν, μὴ ἀντιστῆναι
malo: sed * quicunque te percusserit in dexteram tuam maxillam,
* si quis
* præbe
‖ alteram,
⁋ ei qui vult tecum in iudicio contendere,
τῷ πονηρῷ· ἀλλ' ὅστις σε ῥαπίσει ἐπὶ τὴν δεξιάν σου σιαγόνα,
* verte illi & ‖ aliam. Et ⁋ volenti tibi iu-
40 στρέψον αὐτῷ καὶ τὴν ἄλλην. Καὶ τῷ θέλοντί σοι κρι-

dicitur parari, & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium.
θῆναι, καὶ τὸν χιτῶνά σου λαβεῖν, ἄφες αὐτῷ καὶ τὸ ἱμάτιον.

§ mille passus, * alia
Et quicunque te angariauerit § milliare vnum, vade cum illo * duo.
καὶ ὅστις σε ἀγγαρεύσει μίλιον ἕν, ὕπαγε μετ' αὐτοῦ δύο. 41

|| Qui petit à te, da ei: & volenti
|| Petenti te, da: & volentem à te mutuare,
τῷ αἰτοῦντί σε, δίδου· καὶ τὸν θέλοντα ἀπὸ σοῦ δανείσασθαι, 42

ρ dictum
ne auertaris. Audistis quia ρ pronuntiatum est, Diliges proximum
μὴ ἀποστραφῇς. ἠκούσατε ὅτι ἐρρέθη, ἀγαπήσεις τὸν πλησίον 43
tuum, & odio habebis inimicum tuum. Ego autem dico vobis, Diligite
μισέω
σου, καὶ μισήσεις τὸν ἐχθρόν σου· ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν, ἀγαπᾶτε 44
inimicos vestros, benedicite maledicentes vos: bene
τοὺς ἐχθροὺς ὑμῶν, εὐλογεῖτε τοὺς καταρωμένους ὑμᾶς, καλῶς

§ his qui oderunt * persequentibus & calumniātibus
facite § odientibus vos: & orate pro * insistantibus
ποιεῖτε τοῖς μισοῦσιν ὑμᾶς, καὶ προσεύχεσθε ὑπὲρ τῶν ἐπηρεα-
tibus vos, & insectantibus vos. Vt sitis filij
ζόντων ὑμᾶς, καὶ διωκόντων ὑμᾶς· ὅπως γένησθε υἱοὶ τοῦ 45

|| est, qui ρ oriri facit
Patris vestri qui in cælis ||, quia solem suum ρ producit
πατρὸς ὑμῶν τοῦ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ὅτι τὸν ἥλιον αὐτοῦ ἀνατέλλει
super malos & bonos, & pluit *super iustos & iniustos.
ἐπὶ πονηροὺς καὶ ἀγαθοὺς, καὶ βρέχει ἐπὶ δικαίους καὶ ἀδίκους.

§ diligitis eos qui diligunt
Si enim § dilexeritis diligentes vos, quam mercedē
ἐὰν γὰρ ἀγαπήσητε τοὺς ἀγαπῶντας ὑμᾶς, τίνα μισθὸν 46

* habebitis? || hoc ρ fratres § amplius ἀδελφοῖς * hoc || &
* habetis? nonne & publicani || idem faciunt? Et si salutaueritis
ἔχετε; οὐχὶ καὶ οἱ τελῶναι τὸ αὐτὸ ποιοῦσι; καὶ ἐὰν ἀσπάσησθε 47
ρ amicos vestros tantùm, quid § abundans facitis? nonne & ethnici
τοὺς φίλους ὑμῶν μόνον, τί περισσὸν ποιεῖτε; οὐχὶ καὶ οἱ τελῶναι
* sic faciunt? Estote ergo vos perfecti, sicut || Pater
οὕτω ποιοῦσιν; ἔσεσθε οὖν ὑμεῖς τέλειοι, ὥσπερ ὁ πατὴρ 48

ρ cœlestis
vester, ρ qui in cælis, perfectus est.
ὑμῶν, ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, τέλειός ἐστι.

CAP. VI. ς'.

§ ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis: alioquin
Attendite § misericordiam vestram non facere ante
